

Ab oriente autem parte Medię iuxta li-
neam inde coniungentem prædictos
duos fines, supra quam est Coathras
mons, cuius fines habent gradus

80:39:30 & 83:38

Regionis uero pars, quę iuxta Arme-
niam est, uocatur Arrapachitis. Quę
uero iuxta Susianam est Sittacene Apol-
loniatis eadem dicta Straboni. Media uero
tenent Garamei. Vocatur autē ea quę
inter Arrapachitidē & Garamæos est
Adiabene. Quę autem inter Garamæ-
os et Sittacenam interiacet Apollonia
res. Cui supraiacet gens Sambata. Et
supra Adiabena Calacine. Garamæis
autem Arbilitis regio imminet.

Ciuitates autē & oppida Assyrię iuxta
partem Tigridis amnis hę sunt

Marde	76	:38	15
Sauara	76	15:37	15
Bessara	77	:37	20
Belciana	77	30:37	0
* Ninus	78	:36	40

Niniue, quę Iona propheta prædicationem audi-
uit, nunc uastata tota est, ut tradit Haithonus li-
brō de Tartaris, cap. 11.

Sacada	78	30:36	40
Oroba	79	20:36	20
Theibe	80	:36	0
Ctesiphon	80	:35	0

In reliqua uero media regione.

Bithaba	77	40:38	40
Dartha	78	20:38	45
Zigira	79	40:38	45
Darna	80	30:39	30
Obana	81	:39	0
Thefara	81	15:38	30
Corcura	78	20:38	10
Oroba	79	20:38	10
Degia	80	45:38	10
Comopolis	81	30:38	10
Dofa	79	:37	45
Gaudameda	79	30:37	0
Sarbena	79	:37	0
* Arbela Gangabela Marcellino, Arbelitis Pli- nio dicitur, ubi Darū uicit Alexander. Strabo Gan- gamelā ab Arbela separat.	80	:37	15
Gomara	81	20:37	30
Phusiana	82	10:37	40
Ifone	82	30:37	20

Sura	83	:36	40
Chatracharta	80	30:36	10
Appollonia	81	10:36	30
Thebura	83	:36	30
Arrapa	82	:36	30
Cinna	83	20:36	10
Artemita	81	15:36	0
Sittace	82	:35	30

Amnes uero per regionem excurrunt
Tigri fluuiō se immiscentes

Lycus, cuius fontes habent gradus

78 :39 0

Et cū Tigride mixtio

79 :36 30

Et Caprus flu. *Caper Strab.* cuius fontes
continent

79 :39 30

Cum Tigride uero eius mixtio habet
gradus

79 30:36 0

Et Gorgos, cuius fontes habent gra-
dus

80 20:38 0

At mixtio eius cum Tigride partes ha-
bet

80 :35 40

MEDIAE SITVS.

Cap. II.

Tabula quinta Asia.

Medenam appellari ait Sextus Ruffus, Medos ab
accolis Cordinos uocari tradidit Haithonus, Ma-
gno Cham Tartarorum seruiunt, ut refert Pius ij.



Edia terminat à septentrio-
nibus parte Hyrcani maris,
iuxta descriptionem hanc.

Post dictum ad Armeniam
finem Araxis flu. Sanina

	80	:43	0
Cambyfis flu. ostia	81	:42	45
Fontes flu.	80	:41	0
Tazina	81	40:42	30
Sabex aræ	82	30:42	30
Cyri flu. ostia	83	30:42	15
Fontes fluuij	82	:39	30
Cadusiorum uallum	84	40:42	0
* Cyropolis aliās, Cyrupolis, à Persis Cyrec- bata dicitur, Stephanus	85	30:41	40
Amardi flu. ostia	86	30:41	30
Fontes fluuij	85	:38	30
Mediū lacus, qui sibi cōiungitur, uoca- turq; Marcianes, gradus habet Sphābia lacus, in quo sales nascuntur & congelantur.	82	30:39	20
			Amana